

APPENDIX B.
Relevant Old Hispanic Processional Rubrics ¹

Item 3. L8 133r-v. *Mediante* Sunday and days from here until Palm Sunday, between the Mass readings.

OFFICIUM DE MEDIANTE DIE FESTO. [...]

AD MISSA. [...]

Die sabbato in uicesima, ora prima prece datur in ciuitate ut quicumque non baptizatos infantes habent die dominico ante missam ad ecclesiam eos deportent. Item in eodem dominico et in sequenti post uicesima, quum per lectum fuerit euangelium, adnuntiant diacones hos tres versos, dicentes uoces preconias. Accedens primus dicit: Si quis initiari querit sacramentum sancte fidei, det nomen. Secundus uero ueniens dicit: Si quis ad uitam eternam desiderat, det nomen. Tertius uero dicit: Si quis uult ad pascha baptizari, det nomen. [...] Quo explicito, adorabunt seniores episcopum et **descendum pulpito ante eum euangelium et crux aurea usque ad corum**. Et dum uentum fuerit ad corum, crux illa aurea cum euangelium sedit ad preparatorium. Et alia crux argentea precedet ante episcopum; et precedentes ea descendunt ad sedes ubi ipsi infantes postea effretabuntur. [...] Deinde portat tesaurarius tres libellos cum exorcismis, et offeret eos episcopo. Uenientes tres subdiacones accipiunt singuli libellos ab episcopo, et osculant ei manus. [...] **Signatis omnibus a subdiaconibus, iterum omnes ad subdiacones uadunt ut manu eos tangant dicens as orationes decantando: O. Deus pater omnipotens, qui homani generis [...]** // **Accedens alter diaconus canet hanc secundam orationem: O. Deus auctor universe formationis [...]** Deinde **ad corum revertentes** sacrificium dicunt [...] Sicque aliis diebus per quottidiano ad tertiam, postquam signum sonaberit ipsi infantes exorcizantur, et regredientes ad corum, tertia incipitur. In eadem quoque tertia, dum explicuerint preces, dicit diaconus: Competentes orate. Post hec iterum exeunt presbiteres, diacones et subdiacones, et transeuntibus similiter isdem infantulis, a sinixtra in dexteram partem signat eos presbiter in frontibus dicens: Signo ergo [...] Et sic iste ordo usque ad ramos palmarum est observandus.

Item 4. L8 152v-153r. Palm Sunday, at Matutinum, ordo for the oil consacration.

ORDO PSALLENDI IN RAMOS PALMARUVM. [...]

AD MATUTINUM DE PSAMO III^o. [...] A. Reminiscentur et conuertentur... VR. Adferte domino. **A. Adnuntiabitur domino generatio... VR. Narrabo nomen tuum.**

ORDO.

In hanc secunda antifona egreditur episcopus foris cum diaconibus et induunt se aluis: Et acceptis cereis exsufflat episcopus super oleum tribus uicibus et dicit [h]unc exorcismum: Exorcidio te creatura olei. Post hec dicit benedictionem: Omnipotens deus qui creat.

Qua finita in coro secunda antifona et collecta oratione, **stans episcopus in sacrario** et ante oleum benedictum, tenente eo diacono qui exorcismum dicturus est, **Exeuntes alii diacones in uia sacra inponunt hanc antifona decantando, aduocantes episcopum, dicentes:**

A. Egredere in occursum pharaonis et noli timere angelus domini praecedet te hoc erit signum tibi quoniam dominus dilexit te. VR. Dominus custodiat te. <A. Hoc est oleum odoriferum...> [in margin]

Quumque peruenerint ad chorum hec antiphona decantando stantibus diacones in aluis cum cereis circa altare, si preualet, aepiscopus dicit hunc responsorium; Et si non, dicit quem iubet: R. Inquirentes dominum non deficient omni bono uenite filii audite me timorem

¹ Bold is ours and highlights the relevant bits. Also, folios indicate where the main rubrics are; however, some titles are taken from previous folios and they are included to give a clear liturgical context of the text. Three dots after a chant means that it is not prescribed by the incipit but full text.

domini docebo uos. VR. Magnificate dominum mecum et exaltemus nomen eius in unum.
[...]

ORDO.

Hoc dicitur tribus uicibus. Finita hanc antifona dicit iterum diaconus: Recordare sathanas. Respondunt similiter in coro: **[R]esistite diabolo**. Dicit iterum diaconus tertio: Recordare sathanas. Respondunt similiter: Resistite.

Descendunt ad sedem eadem antiphona decantando.

Infantibus uero dispositis masculi ad dexteram episcopi, femine uero ad sinistram eius. Quumque sederit episcopus salutatur et legitur lectio Esaye profete...

Item 5. L8 153v-154r. Palm Sunday, procession before the Mass.

ORDO PSALLENDI IN RAMOS PALMARVM. [...]

ITEM EODEM DIE AD MISSAM.

Ambulat omnis populus ad ecclesiam unde palme lebantur, et sic psallendo ad aliam ecclesiam ueniunt ubi missa completur. Accedens primum episcopus, benedicit ramos palmarum; et quum date ab episcopo fuerint palme ad populum, statim imponit episcopus: DEO GRATIAS, usque in tertia uice et dum ter repeti ab omni populo, inponit arcediaconus uoce clara [h]anc antifona:

A. Quum audisset turba...

A. Quum adpropinquaret...

A. Quum introires domine...

A. Osanna, benedictus qui uenit...

A. Amen dico uobis...

A. Constituite diem sollemnem...

Et dum **adpropinquaberit ad ostium ecclesie**, sic imponunt hanc antifonam

A. Gloria in excelsis Deo...

[...]

Item 8. L8 163r. Maundy Thursday (*in cena domini*), at Mass.

ORDO DIE QUINTA FERIA IN CENA DOMINI AD NONAM.

V feria in cena domini omni tempore monendus erit signo ad sex semis pedes, et incipienda erit lectio ad VIIIm pedes et erit post totum officium expletum siue altare expoliatum, exiendum est ad XXIIos pedes et accedendum ad cenam post pedes labatos sole iam occidente. [...] **Accedens uero episcopus cum diaconibus in tribunal dum infantes, a presbiteri recitato simbolo in sola fronte signantur.** Salutatur episcopus, et legitur lectio iheremie profete: Sileat omnis caro. [...]

Item 14. L8 166v. Good Friday, at Terce (*lignum crucis*).

ORDO VI FERIA AD MATUTINUM. [...]

EODEM DIE AD TERTIA. Ora huius diei tertia lignum sancte crucis in ecclesia principali in patera ponitur super altaris aram. Exi[n]de lebatur a diacono hoc ipsut lignum in patera post euangelium, **et fertur ad sanctę crucis ecclesiam decantando as antifonas:**

A. Signum habentes salutis...

A. Iter facimus ligno portante nos...

A. Benedictum est lignum per quod fit...

Et similiter decantantibus episcopus, presbiter, clerus uel cunctis fidelium populus sanctum idipsut lignum osculantur. Et mox omnes explicuerint, **similiter decantantes redeunt**, et lignum ipsut in thesauro recondunt.

Item 15. S4 145v-148r. Good Friday, at Terce (*lignum crucis*).

ORDO VI FERIA IN PARASCEFEN. [...]

[AD TERTIAM]

Hora huius diei tertia, Lignum sancte crucis in ecclesia principali in patena ponitur super altaris aram. Exinde lebatur a diacono hoc ipsud lignum. Crux aurea cum reliquiis clausa portatur et **adfertur ad sancte crucis ecclesiam decantando**:

A. Signum habentes salutis...

A. Iter facimos ligno portante nos...

A. Benedictum est lignum per quod fit...

Et ibi similiter decantantibus aepiscopis, presbiteris, et diaconibus, cleris uel cunctis fidelium populis, sanctum ipsud lignum osculantur.

[VS.] **Ecce lignum gloriosum in quo...**

[H.] **Crux fidelis inter omnes...**

UERSUS DE LIGNO DOMINI. Ab ore uerbum prolatum nuntiante angelo...

Hoc uero obseruandum est ut unusquisque antequam sanctum lignum osculetur, hanc orationem infra se tacite dicat.

O. Domine iesu christe gloriose conditor mundi...

Et mox omnes explicuerint discedunt exinde. Clerus uero de ecclesia sancte crucis in eodem die ante **nonam ipsud lignum psallendo deportant ad tesaurum principalis ecclesie**.

Item 16. A56 45v-47v. Good Friday, at Terce (*lignum crucis*).

ORDO VI FERIA IN PARASCEFEN. Die UI feria ad matutinum signum non monitur.

ITEM AD III^a.

Ora huius diei tertia lignum sancte crucis in ecclesia principale in patena ponitur super altaris aram. Exinde lebatur a diacono hoc ipsud lignum crux aurea cum reliquiis clausa portatur et **adfertur ad sancte crucis ecclesiam decantando has antifonas**:

A. Signum habentes salutis...

A. Iter facimus ligno portante nos...

A. Benedictum est lignum...

VS. Ecce lignum gloriosum in quo...

H. Crux fidelis inter omnes...

VS. Ab ore uerbum prolatum...

Et ibi similiter respondentibus ecce lignum et crux fidelis, episcopis, presbiteris et diaconibus, clericis uel cunctis fidelium populis sanctum ipsud lignum osculantur.

Hoc uero obseruandum est, ut unusquisque antequam sanctum lignum osculantur. Hanc orationem infra se tacite dicat:

O. Domine iesu christe gloriose conditor...

Et mox omnes explicuerint, discedunt exinde. clerus uero de ecclesia sancte crucis in eodem die **ante nonam ipsud lignum psallendo deportant ad tesaurum principalis ecclesie**.

Item 19. L8 166v-170r. Good Friday, None (*in parasceve*).

ORDO VI FERIA IN PARASCEPHE AD NONAM

Eodem die, clerus uel episcopus **ab eclesia non discedunt**, [s]ed ora diei nona signum sonat. [E]t discinctis omnibus religiosis, lignum sancte crucis leuatur a diacono in patera, precedendo episcopum. Et ante eum crux aurea cum reliquiis et euangelio sine operimento.

Mos autem et ipsud lignum sanctum **positum fuerit super altare**, episcopus cum presbiteris et diaconibus nudis **uestigiis ascendunt in pulpitem**, et sic inponit episcopus uoce tremula: Popule meus. **Ingradiendum** est eodem die in parascephe ad officium dicendum siue quando temporanea seu quando serotina pascha fuerit, ora legitime nona, quando legimus christum positum in cruce emisisse spiritum. Tunc incipiamus uersos Popule meus dicere, et in nomine domini competenti ora exhibimus. **Popule meus, quid feci tibi, aut in quo...**

[15 psalms in total]

Post hanc legitur apostolum: fratres predicamus uobis; post hec accedens diaconus **ad altare**, euangelium denudatum accipiens, precedentibus omnibus eum aliis duobus diaconibus sine cruce et lumine **ascendunt in tribunal**, et tacentibus omnibus sic incipit: In illo tempore, consilium. Cofinito, legit episcopus sermo: Karissimi, odie dominus noster.

Et mox ut uenerit ubi dicit: cum gemitu exclamemus atque dicamus, et statim imponit episcopus hanc antifona: A. Memento mei, domine, dum ueneris...

Post hec cantatur L psalmum usque ad eum locum ubi dicit: Redde mici letitiam. Et subsalmatur caput. [...] [Series of psalms]

Quo explicito, caput a diaconibus repetitur [...]

Et accipientibus **in coro clericis** usque in finem consumatur. Et sic **descendunt ad altare**, et imponit episcopus decantando solus hoc uersum: Tu pastor bone animam... [...]

Et dum repetierit caput, stat diaconus ante altare et dicit hunc uersum: VR. Prosternimus preces... Deinde dicitur hec antifona [...]

Cum explicuerit ille, inponit alius clara uoce: INDULGENTIAM, et dicitur ab omnibus non plus LXX duobus uicibus. His expletis, silentium datur; et **accedens episcopus ad altare**, orat silentio hanc orationem: [O.] Magestatis tue omnipotens deus... Hic non responditur amen. ALIA ORATIO. Ingenite patris... Non responditur amen.

Item 21. S4 148v-153r. Good Friday, None (*in parasceve*).

ORDO VI FERIA IN PARASCEFEN [...]

Eo uero die hora nona signum sonat. Et siue quando temporanea seu quando serotina p[er] pascha fuerit, hora legitime nona **ingradiendum est ad officium**, quando legimus christum in cruce positum emisisse spiritum.

Et discinctis religiosis omnibus, lignum sancte crucis lebatvr a diacono in patena **ad preparatorium** precedendo episcopum ante euangelium sine cooperturio.

Mox autem [ut] ipsud lignum **positum fuerit super altare**, episcopus cum presbiteris et diaconibus [ascendunt] in **pulpitem**, et inponitur ab episcopo cum diaconibus hic uersus: **Popule meus**. Et dicuntur omnia per ordinem usque dum euangelium perlegatur. Post hec dicit episcopus hunc sermonem. SERMO: Karissimi, hodie dominus... R. [*sic*] Memento mei domine dum ueneris...

Deinde quinquagesimus inponitur psalmus, et prout spatium temporis fuerit aut explicitis uersibus subsalmatur, aut etiam caput singulis uicibus iteratur. Explicito isto uersu: Ne proicias me, caput iterum a diaconibus replicatvr.

Exinde iterum repetit episcopus sermonem ab hoc loco. Et dicit: Hanc ergo confessionem sancti illius latronis...

Postque **descendit episcopus de pulpito** et inponit ita: Tu pastor bone. [...]

His explicitis silentium datur. Et **accedens episcopus aut senior presbiter ad altare** orat silentio hanc orationem:

ORATIO POST INDULGENTIAS. Ingeniti patris unigenite christe...

ALIA ORATIO. Quas tibi domine pro cruce lacrimas...

ALIA ORATIO. Maiestatis tue omnipotens deus salutari...

ORATIO SUPER PENITENTES. Exaudi domine supplicum preces, et tibi...

In his supradictis orationibus nemo respondit: Amen.

Sabbato ingrediente, ad matutinum sic in eo ordine celebrandum est: silentio, sine lumine et salutatione aut responsione, sicut et die sexta feria.

Item 23. L8 171v-175v. Holy Saturday, at Ninth hour.

ORDO SABBATO IN VIGILIA PASCHAE

Sabbato ingrediente uigilia, ora nona signus sonat. [...]

Et stante omnis populus in locis suis, ingreditur episcopus cum presbiteris diaconibus in thesauro [...] **Post hec dicitur hanc antifona et cum gloria in coro ingreditur. [A.] Lumen uerum inluminans omnem hominem in hunc mundum uenientem. VR. Quoniam apud te. Et antequam ad corum perueniant dum hec antifona dicitur accedunt seniores populi et accendunt a cereo benedicto cerea sua. Et sic unus ab alio totius populi cerea inluminantur. Cumque accesserint ad altare, caput predictae antifone repetunt. [...]**

BENEDICTIO LUCERNE ANTE ALTARE [...]

AD CRI[S]MANDOS INFANTES [...]

[P]ost hanc legitur apostolum, [q]uo explicito in coro apostolum, uadunt cum cruce et euangelio ad precedentos infantes. [M]ox ut baptisterium accesserint, dispositi masculis infantibus ad dexteram et femine ad leuam, inponitur ab episcopo in preparatorio unde munera leuantur hanc antifonam et progrediunt ad corum simulque ad altare decantando: A. Ecce grex que ascendit de labacro... VR. Hec est generatio. VR. Dicant nunc gentes. VR. De regionibus.

et decantando hanc antifonam ueniunt ad corum. Infantibus uero, per ordinem in coro adstantibus masculi **ad dextris**, feminis uero **ad sinistris**; et accedit episcopus cum diaconibus in pulpitem et euangelium et crucem ante eum ferentibus [...]

Item 24. S4 157r-159r. Easter Vigil, Holy Saturday, at Ninth hour.

ORDO DIE SABBATO IN VIGILIA PASCHAE

Die sabbato ingrediente uigilia, hora nona signum sonat. [...]

Et stantes in locis suis, **ingreditur episcopus cum presbiteris et diaconibus tantum, in thesauro [...]**

BENEDICTIO LUCERNE IN SACRARIO [...]

BENEDICTIO CEREI IN SACRARIO [...]

Et postmodum inponit hanc antiphonam. **A. Lumen uerum inluminat omnem hominem in hunc mundum uenientem. VR. Quoniam apud te... Gloria et honor.** Et post gloriam antequam **ad corum perueniant**, dum hec antifona fuerit explicita, accedunt seniores populi et accedunt a cereo benedicto cerea sua. Et sic unus ab alio, totius populi cerei inluminantur. [...]

Item 26. L8 177v. Easter Tuesday, at the end of Mass.

ITEM SACRIFICIA PER UNOQUOQUE DIE PER OCTABAS PASCHAE DICENDI AD MISSA

II FERIA [...]

III FERIA AD MISSA. A. Uos qui in christo bapuzati estis [...]

Completa missa, antequam absoluat diaconus, uadunt cum cruce et cereos ad precedentos infantes: et dispositi masculi ad dexteram feminisque ad leuam, redeunt ad altare principale anc antifonam decantando:

A. Quodquod receperunt deum...

VR. Quia non ex sanguinibus...

II. Hii sunt filii dei...

III. Uos estis genus electum...

Cumque accesserint ad altare dicta gloria, caput repetitur. Et stans episcopus in loco ita ut omnes infantes ante abeat, communicat eos. Et legit simul omnibus orationem absolutionis, in nomine ihesu christe cum sua benedictione. Sicque absoluat diaconus in tribunal: In nomine domini nostri ihesu.

Item 29. S3 28v. Committal of dead (a child), liturgical position in day not known, on the way to the tomb.

ORDO AD CONMENDANDVM CORPVS PARUVLI [...]

Dum ducitur infans parvuli **ad sepulcrum, dicitur per viam ha[e]c a[ntiphona]:**

A. Sinite paruulos uenire ad me dicit... VR. Ex ore infantium.

AD SEPULCRVM: In primis salutatur presbiter, et dicit \hunc responsorium/:

R. Iherusalem ciuitas sancta... VR. Quoniam pater meus...

Item 30. S3 19v-25r. Committal of dead (*infra domum*), liturgical position in day not known, procession in the middle of the ordo.

ORDO AD CONMENDANDVM CORPVS DEFUNCTORUM INFRA DOMUM. In primis salutatur presbiter [...]

Post hec, sic ducitur corpus ad tumulum indulgentia[m] postulando, **et has antifonas psallendo per via[m].** Ponitur corpus ad **sinistra sepulcris.**

A. Educ domine de carcere...

A. Emitte manum tuam...

In primis salutatur presbiter et adspargit sal **in sepulcro** [...]

Deinde incensatur corpus **ac sepulcrum**, et deponitur corpus [...]

Item 31. S3 27r. Committal of dead (priest-presbyter), liturgical position in day not known, beginning of the ordo.

ORDO AD CONMENDANDVM CORPVS SACERDOTI.

Quando corpus de **domo eicitur**, salutatur [et] **dicit per via[m]** presbiter hanc responsorium:

R. Ne elonges a me. Post hec oratur diaconus: Oremus. dominum nostrum... Et dicit hanc oratio: Quem ad modum. Deinde salutatur presbiter et diaconus: In nomine domini nostri... Et post hec incensatur corpus et **perget cantando** hanc responsorium: **Ecce ego viam uni[verse].**

Item 36. A56 23r-28v. Extreme Unction, occasional rit, last rites.

ORDO IN FINEM HOMINIS DIEI. Dum uenerit aliquis ex fratribus ad extremum uite [...]

Deinde si ordine fuit sacerdotali librum ei manulem ponant in pectore, si uero diaconus extitit euangeliorum librum. Hoc interdum est obseruandum ut quis libet sit ab exitu mortis **usque dum ad monumentum** ducatur semper ad caput lectuli sacram habeat crucem.

Quum uero fuerit ex more corpus labatum uestitur [...]. Sicque indutum componitur in feretro **et adductum ante fores ecclesie sonantibus signis clamorem personatur a cunctis, expleto et enim clamore incensatur a diacono corpus et salutante presbitero inponitur hoc responsum: R. Dies mei transierunt... [R. Requiem eternam...] [...]. Hac explicita precedente cruce perducunt eum ad ecclesiam foris, cancello posito. Canuntur a clericis has preces: [Preces] [...]. Post hec ducitur corpus ad sepulcrum <ad tumulum>, indulgentiam postulando, et has antifonas psallendo per uiam, uel alias que ad hoc ipsut conueniunt: **A. Educ domine de carcere... A. Emitte manum tuam domine...****

Item 37. S4 87r-91v. Extreme Unction, occasional rite, last rites.

ORDO IN FINEM HOMINIS DIEI. Quum uenerit aliquis ex fratribus ad extremum uite [...] Deinde si ordine fuit sacerdotali librum ei manulem ponant in pectore, si uero diaconus extitit euangeliorum librum. Hoc interdum est obseruandum ut quis libet sit ab exitu mortis **usque dum ad monumentum** ducatur semper ad caput lectuli sacram habeat crucem. Quum uero fuerit ex more corpus labatum uestitur [...] Sicque indutum conponitur in feretro **et adductum ante fores ecclesie sonantibus signis clamorem per sonatur a cunctis, expleto et enim in clamore incensatur a diacono corpus et salutat presbitero inponitur hoc responsum: R. Dies mei transierunt... R. Requiem eternam... [...]** Hac explicita precedente cruce perducunt eum ad ecclesiam foris, cancello posito. **Canuntur a clericis has preces: [Preces] [...]** **Post hec ducitur corpus ad tumulum, indulgentiam postulando, et has antiphonas psallendo per uiam, uel alias que ad hoc ipsut conueniunt. [...]** Post hec ducitur corpus ad tumulum, indulgentiam postulando, et **has antiphonas psallendo per uiam, uel alias que ad hoc ipsut conueniunt: A. Eeduc [sic] domine de carcere... A. Emitte manum tuam domine...**

Item 39. S4 56r-v. At the shake/jolt of an impure spirit, liturgical position in day not known, independent ordo.

ORDO CELEBRANDUS SUPER EUM QUI AB SPIRITU INMUNDO UEXATVR [...] Post hec stans diaconus ante eorum faciem contra predictum egrotum tenes, et manu crucem faciens, recitans ac decantans clara uoce hunc exorcismum: Recordare satanas que tibi maneat... Respondunt in coro han antiphona[m]: **Resistite diabolo et fugiet a uobis...** Deinde dicit diaconus: Recordare satanas. Resondunt in coro: Resistite diabolo. Et hinc dicit tertio diaconus: Recordare satabas. Respondunt in coro: Resistite diabolo. Deinde **egreditur episcopus aut sacerdos senior** qui interfuerit de **intra altare / et stat ante coro** ubi antea diaconus stetit exorcismum recitando hec tria capitula faciens crucem **contra occidentem** ad iam dictam hominem egrotantem. I. Increpet dominus... II. Tibi dicitur satanas... III. Uicit leo de tribu iuda...

Item 43. A56 7v-9r. Blessing of a beard, during the 'usual' Mass.

ORDO SUPER EUM QUI BARBAM TANGERE CUPIT. **Quum uenerit** his qui barbam benedicere desiderat, explicita secundum more[m] missa antequam absolba[t] diaconus accedit ad sacerdotem **iuxta cancellos** [...] **Et dum ceperit ambulare [h]ac de ecclesia egredere, decantatur ei a clero hec antifona, aut si uoluerit subsequentem alleluiaticum:** **A. Benedictus est...** **A. Gloriam et magnum.**

Item 44. S4 37v-39v. Blessing of a beard, during the 'usual' Mass.

ORDO SUPER EUM QUI BARBAM TANGERE CUPIT. **Quum uenerit** his qui barbam benedicere desiderat, explicita secundum more[m] missa antequam absolbat diaconus accedit ad sacerdotem **iuxta cancellos** [...] **Et dum ceperit ambulare ac de ecclesia egredere, decantatur ei a clero hec antiphona, aut si uoluerit subsequentem alleluiaticum:**

A. Benedictus est...

A. Gloriam et magnum.

Item 48. L8 265r-266v. Consecration of a basilica, end of Matutinum.

ANTIPHONAE DE PROCESSIONE RELIQUIARVM.

A. Egredimini qui portatis... A. In nomine domini dei nostri ambulauimus... A. Exite secundum uerbum regis... A. Cum iucunditate exhibitis et cum gaudio... A. Ambulate filii, ne timeatis...

ITEM ALLELUIATICI AD PRECEDENDAS RELIQUIAS.

ALL. De iherusalem exeunt reliquie... A. Leba iherusalem oculos tuos... A. Alleluia, memores estote diei... A. Alleluia, egressus est populus.. A. Alleluia, audite qui portatis archam... A. Alleluia. Loquutus est dominus ad iosue... A. Haec dicit dominus: deserta carmeli... A. Haec dicit dominus: tempore placito exaudiui... ALL. Ecce porta domini, iusti... ALL. Aperite, aperite, ingrediantur... ALL. Introibimus in tabernaculum eius... ALL. Alleluia, egressus est populus domini... ALL. Ecce recordatus est dominus... ALL. Visitationem memor erit uestri... ALL. Hylaritate perfusa est omnis terra...

Post hec tacto foramine altaris de crimate, in quo reliquie reconduntur, dicitur hec antifona:
A. Erexit iacob lapidem in titulum... VR. Fundamenta eius... II. Diligit dominus portas syon... III. Quia memor fuit uerbi sancti...

AD CONDITIONE RELIQUIARVM.

ALL. Corpora sanctorum in pace... VR. Omnes isti in generationibus... II. Usque in eternum manet semen... III. Sapientia eorum narrent... IIII. Qui non aduersi sunt a domino...

Item 49. S4 107v-110r. King going to war, liturgical position in day not known, independent ordo.

INCIPIT ORDO QUANDO REX CVM EXERCITV AD PRELIUM EGREDITVR [...]

Quando rex ad **ostium ecclesie accesserit [...]** **ingressus** fuerit rex [...] Post hec non statim absolbitur, sed mox accedit diaconus **ad altare** et lebat crucem auream [...] Mox tamen episcopus ut eandem crucem in manu regis tradiderit inponunt hanc antiphonam decantando cum uersibus: **A. Accipe de manu domini... VR. Sume scutum inexpugnabilem...**

II. Quoniam data est uobis potestas a domino...

Hoc secundo uerso explicito, accedentes unusquisque accipiunt de post altare a sacerdote bandos suos; et statim egrediuntur foras cantantibus clericis in coro eandem antiphonam cum his uersibus:

III. Benedictus srahel quis similis...

IIII. Negabunt te inimici...

[V-IX]

X. Dominus custodiat introitum...

Postquam omnes bandos suos lebauerint et foris **ostium ecclesie egressi** fuerint statim gloria in predicta antipona inponunt. [...]

Post hanc benedictionem absoluit diaconus: In nomine domini... deo gratias. Et sic rex episcopum uale facit uel ceteros quos iusserit et **statim inponitur hec antiphona ab his qui cum illa cruce ante regem ambulant: A. Domine deus uirtus...**

Item 52. L8 271r-v. Ordination of a bishop, at the end of Mass.

OFFICIUM IN ORDINATIONE EPISCOPI

AD VESPERVM [...]

AD MISSA [...]

ITEM ALLELUIATICI DECANTANDI IN PROCESSIONE ÆPISCOPI USQUE AD ATRIUM.

A. [All] Gloriam et magnum decorem... A. Det tibi dominus... A. Det tibi dominus prudentiam... VR. Benedicat tibi d[ominus]. A. Dominus custodiat te, dominus protectio... A. Da potestatem puero tuo, domine... A. Det dominus gratiam tempore tuo...